Deus hominũ corda in manib. ſuis habet, teſte Pſal. 33. *De præparato habitaculo ſuo reſpexit ſuper omnes qui habitãt terrã. Qui finxit ſigillatim corda eorũ: qui intelligit omnia opera eorũ.* Et Pſ. 41. *Dominus non tradet te in animã inimicorũ ejus.* Videmus ſæpenumero quẽ ira corripuerit, inſanire, bacchari, mentiri, decipere, & extrema proximo minitari: qui tamẽ horę intervallo animũ cõmutat. nec illud nunquã accidit, vt impi⁹ animo malo ad juſtũ veniens, eũ nõ digito percellere, nec verbis ſaltẽ objurgare poſſit, ſed blanda oratione utatur. Id quod divinit⁹ accidere eſt exiſtimãdũ, ut docemur exẽplo Eſau & Labã: quorũ hic cõtra Jacob graviſſime exardeſcens à Domino audit: *Cave ne quicquam aſperè loquaris contra David;* ille eundem amplexat⁹ eſt, ſtringensq; collũ ejus & oſculans flevit; *Gen. 31. & 33.* IX. Etſi calumniæ propriũ eſt, ut ad ipſam cũ favore & plauſu concurratur, mox tamẽ confunditur, & repente corruit, igniũ more qui flãmis ſũma lambentes ſubito extinguuntur. Nã Deus qui eſt ipſa veritas peſſimè odit mendacium, & celerrimè illud indicio ſuo percellit, etiam tum quando ad ſummum perveniſſe

Facies viri facies leonis.

Calumniatorũ repentinus interitus.